

Erdmann:  
Sigilli-  
tio, ex jis  
Amman  
in Germania  
recepimus  
nos contra  
depositum









20  
5-15.11.11.11.  
CAROLI LEOPOLDI ERDTMANNI

I. V. D.

NOBILITATIS CIRCULI CRIVIZIENSIS SECRETARII,  
ET INSTITUTI HISTORICI GOETTINGENSIS  
SODALIS

D I S Q U I S I T I O ,  
AN, JUS ROMANUM IN GERMANIA  
RECEPTUM ESSE CONTENDI  
POSSIT?



---

GOETTINGAE,  
EX OFFICINA BARMEIERIANA 1770.



DISCOURSES  
ON THE HISTORY OF  
THE REFORMATION  
IN GERMANY  
BY  
J. S. MILL  
LONDON  
1821

DISCOURSES  
ON THE HISTORY OF  
THE REFORMATION  
IN GERMANY

AD COLLEGIUM  
STATUUM MEGAPOLITANORUM PROVINCIALIUM  
REPRESENTATIVUM  
ELECTIS CONSILIARIIS PROVINCIALIBUS,  
ET DEPUTATIS,  
VIRIS  
GENEROSISSIMIS, AMPLISSIMIS,  
PRAENOBILISSIMIS,  
DOMINIS GRATIOSIS,  
ET BENEVOLIS

**S**i quid unquam VIRIS SUMMIS, quibus  
negotia publica demandata sunt, laudi  
insigni versum fuit, hoc sane semper teste  
)( 2 rerum

rerum historia fuit, atque est, quod non solum in rebus ipsis commissis caute atque provide gerendis, et libertate conservanda, sed et in promovendo interno reipublicae flore omnem posuerint curam.

Idem de VOBIS, VIRI GENEROSISSIMI, ILLUSTRES, et PRAENOBILISSIMI praedicari posse, nemo diffitebitur.

MINISTERIO enim DUCALI ILLUSTRISSIMO, et VOBIS, PATRES CONSCRIPTI! non minorem pro servata patriae libertate ac concordia posteritas relatura est gratiam, ac quod in illa efflorescant scientiae, artes, fabricae, rerumque manufacendarum officinae.

Solum igitur fontem aperit MINISTERII  
DUCALIS SAPIENTISSIMI, VESTRAQUE Cu-  
ra,

ra, unde patriae salutis internae redundat incrementum.

Quae omnia quam apud me perpendarem,  
factum est, ut VOBIS, PATRONI GRATIOSI,  
et FAUTORES BENEVOLI hanc, quam  
videtis, de jure Romano non recepto, tracta-  
tionem consecrare nullus dubitaverim, confi-  
sus, fore, ut illam, licet in ea eruditii nihil  
legetur, ea tamen, qua suavistis, gratia, be-  
nevolentiaque sitis accepturi.

Hac eadem vero Gratia, atque favore ut  
me perpetuo ornetis, insimul rogo.

Servet Vos Deus salvos, atque incolu-  
mes, ut Patriae saluberrimis consiliis adesse,  
eiusque commoda, ac incrementa augere  
possitis.

Haec precatur

NOMINUM VESTRORUM  
GENEROSISSIMORUM, AMPLISSIMORUM,  
ET  
PRAENOBILISSIMORUM

DABAM

CRIVIZII D. 4. JULII  
MDCCCLXX.

CULTOR OBSEQUENTISSIMUS  
ET OBSERVANTISSIMUS  
G. L. ERDTMANN.



## PRAEFATIO.

**I**n Litteratorum Universitate Göttingensi cum degerem, inter alias lucubrationes, quas publici juris facere in animo erat, et haec meditatio mentem subitat: an jus Romanum in Germania unquam fuerit receptum,

Addubitabam de receptione, et major mihi oboriebatur dubitatio, quum illustris Göttingensium Professor, qui nominis claritudine per totam Germaniam excellit, Venerandus PÜTTERUS, qui me consuetudine sua dignum putavit, diceret aliquando: non receptum esse jus Romanum, quippe cum de receptionis diplomate non constaret.

Inquirere in hanc rem paullo uberius volupe erat, praeprimis, quum me exhortaretur idem summopere collendus PÜTTERUS.

Inquirebam, evolvebam scriptores, quos mihi locupletissima Bibliotheca Göttingensis suppeditabat largiter, et colliebam inde materiam, qua superfruxi eam, quam nunc in lucem prodire facio, tractationem.

Di-

## P R A E F A T I O.

Divinxi hanc in tres sectiones, in quarum prima juris Romani valorem in Germania iam inde ab antiquissimis temporibus deduxi, in altera communes de receptione Doctorum opiniones refelli, contrariumque docui, in postrema ex legibus Imperatorum nostrorum probavi, jus Romanum juris Communis domestici in vicem valere.

Operae pretium esse duxi, de hac re tractare prolixius, quum nemo ante de ea scripserit ex professo.

Ardua, fateor, res est, id negare velle, quod plures contendunt, idque assertere, quod plurimi negant. Sin vero, Lector, ponderaveris rem, prouti enarravi, non omnem, spero, mihi denegabis assensum. Non ea, quae ante dicta sunt saepius, repetii; multa sunt quidem aliorum; verum et multa mihi ipsi vindico.

Si quaedam minus accurate, B. L. posita esse videantur, ut ea amice et sine felle velis corrigere, ea, quae decet, animi observantia rogamus, et tibi persuadeas, id nos acturos esse, ut si qui deprehendantur lapsus, agnoscamus et emendemus.

Deo autem O. M., quo auspice suscepimus hunc laborem succisivum, et finivimus, referimus gratias, quod nobis vires voluerit concedere largiter, et ut coepitis nostris porro benedicat, ardentissime precamur.

Dabam  
Crivizii d. 6. Sept.  
MDCCLXIX.

AUCTOR.

Sectio



## SECTIO I.

DE

### IURIS IUSTINIANEI VALORE AB ANTIQUIS INDE TEMPORIBUS.

§. I.

VALOR IURIS ROMANI DERIVATUR AB ANTIQUISSIMIS  
TEMPORIBUS.



Omnis paene humani juris mater, jus Roma-  
num varia expertum est fata. Unde, e-  
jus historiam delineandi, ansam sumfe-  
runt, Viri, iisque eruditissimi. Ex

A

ea

2

ea aequa atque ex historia civili constat, majorum  
constitutiones compilasse Justinianum, et, pluribus rebus  
feliciter gestis etiam devicisse Gothos, eisque debellatis,  
in Italia, ubi maximi jam aestimabatur, veluti jus perpe-  
tuo valitum promulgari, expressa jussisse constitutio-  
ne a). Neque desit ejus juris in Exarchatu auctoritas,  
longo licet ab ejus obitu elapsa tempore. Romanorum  
enim vires quamvis Longobardi fregissent, Romanis in-  
colis, iisque indigenis tamen juris sui usum concesserunt.  
Testantur leges Longobardicae b).

Ut uxores lege mariti utantur, adeo Rex Longobar-  
dorum Luitprandus voluit c). Franci, qui Longobardos  
devincunt, nec denegant Italis, jure Romano vivere.  
Ita in constitutione CHLOTARII Regis generali d) san-  
citur: *Inter Romanos negotia cauſarum Romanis legibus*  
*praecipimus terminari, et cap. XIII. Provideat ergo stren-*  
*nitas universorum judicum, ut praeceptionem hanc sub*  
*omni observatione custodiant, nec quidquam aliud agere,*  
*quam ut haec praeceptio secundum Legum Romanarum se-*  
*riem continet, vel sexus quarundam gentium.* Neque alie-  
ter statuerunt posteri Reges. Carolus M., qui in prooe-  
mio

a) Conſt. Justinian. pragmat. RING de O. I. G. c. XI. pag. 48.  
corp. Jur. adn. §. XI. et seqq.

b) l. II. tit. 29.

c) tit. II. C. Longobard. CON. d) in Baluzii capitular. Regum

Franc. T.I. p. 7.

mio legum suarum Longobardicarum, se legem Romanam, et Longobardicam invenisse, ait; L. II. tit. 56. L. Longob. *Sicut consuetudo nostra est*, inquit, *ut Longobardus aut Romanus, si evenerit, quod caussam inter se habeant, observemus*, ut Romani successiones juxta illorum legem habeant, similiter et omnes scriptiones secundum suam legem faciant, et quando componunt, juxta legem ipsius, cui malum fecerint, componant, et Longobardos illos convenit, similiter componere e). Patrem hac in re secutus est filius ipsius Pipimis f). Ludovici Pii filius Lotharius, licet in animo eas abrogandi in initio habuit, consilium ex intercessione Pontificis Leonis IV., cujus verba vide apud GRATIANUM D. 10. c. 13., eo mutavit, ut Italica legem, quamcunque vellent, eligendi liberam fecerit facultatem. Volumus, inquit g), ut cunctus Populus Romanus interrogetur, qua lege velit vivere, ut ea, qua professus sit, vivere velle, vivat, eique denuncietur, ut hoc unusquisque

sciat,

e) Leges locos in Capitulis, quae Carolus M. legibus Longobardicis adjectit, ubi legem Romanam, omnium ceterarum humanae legum matrem vocat. BALUZ l. c. p. 345. seq.

f) CONRING. l. c. c. 20. pag. 109. qui vero in eo errat, quod eam constitutionem anno 828.

promulgatam dicit, quippe quae jam anno 825. condita est.

g) L. Longob. I. II. tit. 57. Integrat hanc constitut. leges in T. I. Rer. Ital. P. II. CONRING. l. c. c. XX. SIGONIUS de Regn. Ital. l. IV. in ej. Oper. T. II. ed. med. 1732. pag. 280.

A 2

*sciat, tam Duces, quam judices, vel reliquus populus. Quod si in offensionem suam contra eandem legem fecerint, eidem legi, qua profitentur, ex constitutione Pontificis, et nostra subjacebunt b).*

Magna inde orta est jurium confusio, adeo, ut jam jure Romano, jam lege Longobardica judicarentur, ut, quod in patre et filio, non idem in viro et conjugе obser-vatum. i).

Inde Hincmarius Archiepiscop. Remens. de potestat. Reg. cap. 15. conqueritur, fraudem homines legibus face-re, ad legem, unde lucrum sperari possit, prouti visum fuerit, configere.

Adeone novae sunt hodie querelae, legibus fieri fraudem!

## §. II.

### DEMONSTRATUR VALOR IN GERMANIA.

In Italia jus Justinianeum semper viguit. Longe al-  
ter se res habet in Gallia a), et Germania. In hac jus an-

te-

b) Integrę eam constitut. vid.  
in T. I. P. II. Rer. Ital., cui cl. MU-  
RATORIUS omnes Lotharii leges  
commentario illustratas inservit.

i) Exemplum vid. penes SIGON.  
de Regn. Ital. L. VIII. in ejus o-

per. ex edit. c. T. II. p. 477.

a) Ibi C. Theodos. valuit. BA-  
RONIUS lib. VI. Annal. ad a. 506.  
ALTESERRA Rer. Aquitan. l. 3. c.  
1-18. ARTHUR. DUCK lib. II. c.  
5. per tot.

te justiniænum in usu aliquo fuisse, probant ipsæ veterum nostrorum leges, testantur antiquæ, Ripuariorum, et Bajuariorum etc. Ubivis sapiunt jus Romanum antejustinianum. Ita audit l. Ripuariorum tit. LXI. cap. 2. *Quodsi aliquid criminis admiserit, secundum legem Romanam judicetur b).* Quotiescumque vero in hisce legibus antiquis lex Romana allegatur, subintelligitur jus antejustinianum c). Quo magis id cum BALUZIO ac CONRIN-  
GIO credam, est, quod in Marchulphi formulis d), quae ex Carolingicis temporibus, ex parte vero jam ante conscriptæ videntur, juris Romani fit frequentissime men-  
tio, item in formulis Sirmondiacis, seu formulis veteri-  
bus e). Deinde Gregorius Turonensis f), Andarchium quendam laudat legis Theodosianæ libris eruditum, eaque de caussa ad summos honoris gradus a Chlotarii I. filio, Güntrahamo erectum. Tertio quod Carolus M. Cod.

Theo-

b) STEPH. BALUZ. l. c. T. I. WIUS Dux quondam noster colen-  
pag. 45. dus aliis opinionis fint.

c) Conf. BALUZ. l. c. T. II. p. 995. seqq. præprimis ad Capitul. Dagoberti Regis de ao. 630, licet HOFFMANN in hist. jur. l. i. c. 2.

§. 13. not. b. BRUNQUELL in hist. jur. Rom. Germ. P. I. cap. 15.

§. 32. KOPPIUS et SELCHO-

d) BALUZ l. c. p. 371. seqq. et BIGNON. præfat. ad illas ibid. p. 895.

e) BALUZ l. c. p. 469. et BI-  
GNON. not. ad eas ibid. p. 970.

f) L. IV. cap. 46.

Theodosianum in praefatione hujus libri confirmasse anno Regni XX. dicitur g).

Sed et per haec tempora magni illud Clerici habuerunt, quippe quibus hoc jus adeo favorable concessum erat. Inde saepius in legibus antiquis: *ecclesia lege Romana vivit, legimus.* Quod quum ipsis adeo faveret, factum inde est, ut illud Clerici ubivis commendarent, et ad illud, uti in Capitularibus vidimus, ita et in canonibus conciliorum, eorumque canonum collectionibus provocarent h).

### §. III.

#### MATHILDI JURIS NOSTRI DEBETUR RESTAURATIO.

Sed quid? si Mathildi renovati juris Romani laudem adscriberemus? Non ignoro, Irnerium ex lite, de ase agitata, juris Romani perlegendi occasionem sumisse. Id vero, nisi ipsum exhortata fuisset Mathildis, uti non raro fieri solet, fuisset relicturus, quippe eruditis Principum applausus atque exhortatio fieri solet incitamentum. Quod si ponderaveris, lector, huic Principi non omnem restaurati nostri juris laudem mecum denegabis. Constant nobis hac de re monumenta, eaque fide dignissima.

g) CONRING. I. c. p. m. 112. 7. p. 214.

ARTHUR. DUCK de usu et au-  
toritate, jur. Rom. L. II. cap. 4. §.

h) HOFFMANN in hist. jur. L.  
I. cap. 2, §. 13. not. a.

\* \* \*

fima. **C**ONRADUS A LICHENAU, Abbas Urspergenfis,  
quum de Lothario facit verba, in fine addit a):

“Hujus temporibus Magister Gratianus canones et  
„decreta, quae variis libris erant dispersa, in unum  
„compilavit. Eisdem quoque temporibus Dominus  
„Wernerius libros legum, qui dudum neglecti fue-  
„rant, nec quisquam in eis studuerat, ad petitionem  
„Mathildae Comitissae renovavit; et secundum quod  
„olim a divae recordationis Imperatore Justiniano  
„compilati fuerant, paucis forte verbis alicubi inter-  
„positis eos distinxit.”

Idem in historia Bononiensi affirmat **SIGONIUS**, dum  
ad annum MCII. scribit b): “Irnerius, Philosophiam Bono-  
„niæ docens, Mathildæ rogatu Pandectas interpretari  
„coepit, et primus glossas in eas scripfit.” Id a Sigonio  
scriptum esse, non est, quod dubites, dum ICti Bono-  
nenses ipsi testantur c).

§. IV.  
REMOVENTUR DUBIA.

Objici potest alius locus Sigonii in lib. XI. de Regn.  
Ital.

- a) In Cronic. p. m. 212.  
b) In Op. P. III. ex edit. me-  
diol. p. 3. c) CONRING. de O. I. G. c.  
21. p. 122.

Ital. a), ubi de Uspergenſi afferit: in eo hunc aperte falsum esse, dum contendereſit, Irnerium Mathildis rogatu id muneris, juris nempe docendi, ſuscepiffe, quippe longe ante Lotharium Imperantem e vita migraverit.

Irnerius verum, ipſo teste Sigoñio anno 1102. docere jura coepit; Mathildis autem circa annum 1115. mortua est. Congrua igitur ſunt tempora, et Mathildi exhortandi Irnerium ad jura docenda ſatis temporis ſuppetiit. Nec Sigoñius argui potest, quod, uti eum arguit Nihuſius, exſcripferit Uſpergenſem. Conferas loca ſpho antecedente adducta, et quam vehementer diſferant, videbis.

Miror, SENCKENBERGIUM b), qui nominis excelleſt claritudine, quem ob magnam, quae in eo eſt, ſapientiam, tanti, quanti fas eſt, aeftimo, Nihuſiana miſera argumenta, quod circa annum 1190. deceſſerit Irnerius, quippe quem jam ante annum 1160. deceſſiſſe, ipſi Bononiensēs docuerunt c). Irnerii non eſt nimis longa aetas, omniaque quadrant, ne cum SENCKENBERGIO duos Irnerios ſtatuumus. Quod ſi liceret, quam facile fo- ret, in explicanda re aliquantulum ardua, duos ponere. Non itaque hi ſunt nugivendiculi, venerande SENCKEN- BERGI, neque ſunt nugarum collectanea.

Inde

a) In op. T. II. p. 682.

b) In append. III. §. 27.

c) CONRING, l. c. cap. 21. p.

122.

Inde non necesse fuit Mathildi, abrogare, secundum quae vivebat, Longobardica, dum exhortaretur ad jura docenda Irnerium. Non igitur haec sunt nugarum collectanea.

Erroris heic accusat Uspergensem BRENCMAN-NUS d). Sed ipsius ratio vacillat. Non enim tam diligens, tam sedulus rerum gestarum scrutator Uspergensis praesumi potest, sola aliorum narratione confisus. Neque Gratiani Magistri tempora in Lotharianum imperium accurate quadrant.

### §. V.

#### OPINIONES COMMUNES DE LOTHARIO II. RECENSENTUR, ET REFUTANTUR.

Refert in fine historiae Lotharii II. SIGONIUS a):

„Constans doctorum hominum monumentis est fama, Lotharium, ut ex uno jure, jure civili Romanno post haec judicia fierent, lege sanxisse. Ante hoc tempus Italici certe alii Longobardica, alii Sallica, alii Romana lege utebantur: in posterum autem omnes uni juri, unique legi, reliquis abrogatis, nempe Romanae obtemperarunt: jusque civile publicis

a) Histor. f. I. I. cap. 7. pag. a) L. XI. de Regn. Ital. in op. T. II. p. 682.

„blicis Italiae in Gymnasiis majore celebrari studio et  
„diligentiore coli opera coeptum.”

En fontem, ex quo Jcti magni alias nominis derivarunt doctrinam, Lotharium jus Romanum introduxisse in scholas. Voluit, Romanas leges pristinam habere auctoritatem, easque ut postliminio redeuntes passim describi, in scholis doceri, ac in judiciis observari, quod tabella significabatur. Ita ego cum BALDUINO b) ratiocinor, verum inde, earum legum oblatarum aequitatem statim agnovisse, easque tractandas jussisse c); ipsum velut alterum Caesarem de nova juris methodo ac digestione cogitasse d), et quae sunt ejus generis plura. In FORSTERO e), CIRONIO f), DUCKIO g), GRAVINA h), non nisi sunt somnia.

### §. VI.

#### REFELLITUR HAEC OPINIO.

Misera est argumentatio de fama ad rei certitudinem  
con-

b) Ita ratiocinatur BALDWINUS in Proleg. jur. Civil.

c) PANCIROLLUS de clar. leg. Interpret. I. II. c. 3. et 13. FERHERUS in epist. dedicat. ante jus Graeco-Roman. ANTHON. POSSEVIN, in Bibliothec. sel. cap. 17,

d) HUBERT. GIPHANIUS de Justin. ad fin.

e) Hist. Jur. Rom. I. III. cap. 6.

f) Observat. ad jus canon. lib. V. cap. 5.

g) De usu et auctor. jur. Rom. I. I. cap. V. §. 14. p. 79.

h) de O. I. C. p. 206,

concludere. Nescio, quis Genius statim Lothario cognitionem legum Justinianearum inspiraverit; adeone incredibilis rerum fama, quae non magis veri, quam facti pravique tenax est, eruditorum animos occupare potuit, ut in eo totum opinionum robur posuerint. Pudeat scientiarum gnaros, in rebus gestis argumentari adeo leviter.

Diu vero haec opinio fuit communis, donec acutissimus **LINDENBROGIUS** a) hoc commentum exsibilans, postulabat, sibi edictum Lotharii proferri. Post hunc **CA-  
LIXTUS** b) adstruxit: leges Justinianeas non esse Lotharii jussu reductas, quum nullibi scriptor ejus rei faciat mentionem. A Nihusio impugnatus, masculum ac strenuum defensorem habuit **CONRINGIUM** c), qui Nihusium refellit argumentis invictissimis, dum docet, nullibi extare Lotharii hac de re constitutionem, nullum scriptorem, neque Lothario aequalem, neque recentiorem de ea facere mentionem. Hunc infuscatus **BRENCMANNUS** d), qui longe contrarium docuit, longe contrariis argumentis, omniaque haec argumenta tandem collegit **LEYSERUS**.

### §. VII.

a) in praefat. ad C. leg. ante-  
justinianar.

b) in epitom. Theol. Moral. p.

xii.

c) de O. I. cap. 2r.

d) in hist. ff. I, I, cap. 7.



## §. VII.

INQUIRITUR IN TEMPUS, QUO INVALIDUIT JUS ROMANUM  
IN GERMANIA.

Inquirendum jam venit, quo tempore jus Justinianae in Germania invaluit. Id tempus accurate definiri nequit. In diversas longe partes abeunt erudit*i*.

LIMNAEUS *a)* juris Justiniane*u*sum jam Carolingicis temporibus fuisse statuit. Fallitur vero egregie Limnaeus, recteque refutatus est ab HERTIO *b)*, avo illo magno amici nostri suavissimi HERTII, qui Cameræ Imperialis Procurator est, Giessen*s* olim procancellario, qui nominis consecutus est immortalitatem.

Alii JOACH. FRIDER. RHETIUS *c)*, et JACOB. CAROL. SPENERUS *d)* seculum XIV. veluti juris Justiniane*u* in Germania ponunt periodum; Seculum vero XV. CONRING *e)*, SAMUEL PUFFENDORFF (sive Monzambano) *f)*, CHRISTIANUS THOMASIUS *g)*, GEORG. BEYE-

*a)* ad Capitulat. Caroli V. pag. 135.

*b)* de Consultat. legib. et judic. §. XI.

*c)* in meditat. ad institut. juris diff. I. §. 17. p. 12.

*d)* in jur. publ. P. 3. l. 2. cap. 10. §. 9. lit. c.

*e)* l. c. cap. 32.

*f)* de statu imper. Germ. c. V.

§. 13.

*g)* in notis ad Institut. I. I. tit. II. p. 11. et in delineat. histor. jur.

§. 163. ubi academias fec. XIV. constitutas enarrat; sibi alio loco contradicit, dum in praefat. ad

Not.

BEYERUS *b*), GOTTLIEB GERHARD TITIUS *i*), CASPARUS THEODOSIUS SUMMERMANNUS *k*), KULPISIUS *l*), SAM. LUCIUS *m*), quem refellit cel. RICCIUS *n*). Nihil certi de juris Romani in Germania invalescentis periodo statui posse, DATTIUS scribit *o*).

§. VIII.

JAM SEC. XII. VALUIT.

Demonstremus ex diplomatibus, jam antea, jam sec. XII. aliqualem juris Romani fuisse usum. Decretistarum enim et Legistarum eo jam seculo magnam fuisse in aulis existimationem, elucescit ex exemplo, quod Friderico I. Imperatore profert ARNOLDUS LUBECENSIS *a*). Capitulum Trevirense, dum Metropolis vacaret, anno 1179. in eligendo Archiepiscopo in duas partes it; eligunt scilicet Volcmarum et Rudolphum: illum prius pars capituli major, hunc posterius pars infirmior. Ille, schismate

oberto,

Not. singul. Institut. et ff. titul. veter. ac Romani juris in Republi-  
§. 9. Sec. XV. esse affirmat. Con- ca nostra origine §. 47.

ciliavit eum RICCIUS §. 6.

*h*) in Del. ff. tit. de O. I. §.

376. seqq.

*i*) in jur. Privat. German. I. I.

cap. 5. §. 21.

*k*) ad ff. p. 125.

*l*) in diff. epist. de German. Leg.

*m*) in animadverf. succinctis cap. 2. §. 12. p. 24. et cap. 3. §. 1.

*n*) l. c. §. 10. seqq.

*o*) de pace publ. 1. 4. cap. 1. n.

117.

*a*) in hist. Slavica I. 3. cap. 10.

n. 5. seqq. ex edit. Bangerti.

B 3



oborto, ad sedem apostolicam, hic ad Imperatorem provocat: hic igitur Romam a Pontifice Romano vocatur peremtorie.

“Quod Imperator audiens, Lubecensis inquit: non „parum aegre ferebat: ipsum tamen (sc. Rudolphum); „ne contumax videretur, ad audientiam venire, hor- „tatus est, mittens cum illo duos Decretistas et Legi- „stas; Decretistas quidem, ut pro Rudolpho essent „justitia canonum; Legistas vero, ut pro parte sua „starent jure legum. Quumque ad judicium ventum „fuisse, et ex utraque parte plurimum fuisse allega- „tum, nullo dato fine, Rudolphus ad Imperatorem „revertitur, Volcmaro cum apostolico remanente.”

Animadvertis, Lector suavissime, neutrum esse ele-  
ctum, quum suum cuique allegatum jus firmiora p[ro]ae al-  
tero argumenta habere videretur. *Magistrum* vero BER-  
THOLDUM, cui inter animi bona, et haec tribuit, quod  
*decretorum, legumque industria* peritus fuerit, narrat Ano-  
nymus b). Denique Balduinum, Archiepiscopum Tre-  
virensem, legum, sc. Romanarum Canonumque peritos  
in suo ministerio habuisse constat ex auctore ejus rerum  
gesta-

b) in hist. Archiepiscop. Bre- ex edit. FABRICII de a. 1706.  
mens. ad ann. 1179. in LINDEN- pag. 94.  
BROGII scriptoribus Rec. Germ.

gestarum l. 1. cap. 12. Quid? Nonne mecum ex locis aductis colliges, eos Legistas maximopere jus suum commendasse principibus, adeo, ut jam tunc in controversiis decidendis exhibitum sit? Probatne hanc meam conjecturam locus ille: *ex utraque parte plurimum fuisse allegatum?*

Extant hujus Seculi monumenta, quae id probant.

Arnoldus Archi-episcopus anno 1181. donat monasterio praedium, quoddam *Langscheid*, ab omni advocatiae jure liberum, inque donationis instrumento dicit: *Quumque decem annis sine ulla interruptione quietis in nostro usu et dominio idem allodium libere, ut proprium possedimus* etc. c). Praescriptionem juris Romani, quae decem annis absolvitur, heic indigitare Archi-episcopum liquet, quum Germanica 30. annos desideret, neque ad titulum attendat.

Plura, quae huc collimant, collegerunt RICCIARDUS d), et magni nominis DREYERUS e), qui adeo ad annum 1130. retrocessit.

## §. IX.

c) HONTHEIM in historia Tre-  
virens. T. I. n. 424. p. 611.

d) de usu juris Feudalis Lon-  
gobardici.

e) de usu genuino juris Anglo-  
Saxonici in Cimbrico p. 27.



## §. IX.

## PROFERUNTUR DOCUMENTA EX SEC. XIII.

Chunegundis, Comitissa de Wasserburg a. 1749. d.  
IV. Nonar. Februar. Ecclesiam cathedralem Frisingensem  
praediorum suorum in Austria sc. Ragz, Wikartslage,  
Heidenrichestein, et Lindestein cum omnibus pertinentiis  
heredem institutura, ad juris Justinianei normam ad-  
ornat exacte. En verba quaedam: "Universorum notitiae  
„cupio declarare, quod praesubscripta mearum dispositio-  
„nem rerum jure testamentario volens ordinare, hujus rei  
„gratia subnotatos in testimonium utile duxi advocare.  
„Praeterea dicti C. venerabilis Episcopi, sc. Ecclesiae Fri-  
„singensis Chunradi fidei committo, ut usum fructum  
„praediorum Degemperge et Pirgen cum suis attinentiis,  
„et insuper sexaginta librarum Ratisponensis monete addi-  
„tuum rerum ex donatione propter nuptias obvenientium  
„prioris matrimonii mei dulcissimo marito, penes me be-  
„ne merito, Chonrado Comiti de Wazzerburg tantum in  
„omne vitae suae tempus derelinquat etc.

Denique addit: "Sane certa, quod hec mei ordina-  
„tio per querelam inofficiosi testamenti jure civili nullatenus  
„expugnetur, sed quod contra meas tabulas testamenta-  
„rias nulli bonorum possessio jure pretorio tribuatur, cum  
„nemo sit superstitem, qui vel isto, vel illo jure ad eva-  
„cuandas presentium vires admittatur."

Quod

Quod magis miror, est, quod jam tunc temporis huic testamenti factioni qui interfuerunt testes, rogati sollemnii ritu ad normam juris Justinianei subscripterint a).

Sole clarus inde patet, jus Justinianeum jam circa medium Sec. XIII. in Episcopatu Frisingensi in usu fuisse.

Vide quoque in litteris, quibus Praesul Wirtburgensis Mangoldus anno 1295. d. 24. Aprilis oppidum *Ochsenfurth* vendit capitulo cathedrali b), haec verba: "cum dicto opido annexum fuit exercitium judicij temporalis tam merci, quam mixti imperii, quod centena vulgariter nominatur." Heic et Romani aliquid appetet. Nam centena mixtum ac merum imperium significari diciuntur c).

Protulit nobis Illustris olim Litteratorum Universitatis Fridericianae Cancellarius JOACH. PETR. DE LUDEWIG d) documentum, quo Albertus I. Imperator Norimbergae d. IV. Non. Decembr. 1298. pacta dotalia inter sororem Hermanni Marchionis Brandenburgici Juttam, et

### Ducem

a) integrum testamentum vid. WIGII scriptoribus Episc. Herbypolensi. p. 597. Frft. 1713.  
in CAROLI MEICHELBECK historia Frisingensi T. II. §. 7. pag. 32.  
et 33.

c) RICCIUS l. c. §. 14.

b) LAUR. FRIESENS historia Episcop. Herbypolensi. in LUDE-

d) in Reliq. MStor. T. X. pag.  
31. seqq.

### C

Ducem Saxoniae Rudolphum confirmat, in quo multa occur-  
runt, quae jus Romanum haud dubie lapiunt: e. g. Herman-  
nus Juttam filiam suam *sollemni stipulatione* interveniente Ru-  
dolpho, Ducis Saxoniae in matrimonium, et *dotis nomine* ca-  
stra Beltitz et Dominitz cum oppido ibidem dat. Sponsus  
vero in *dotis compensationem* sponsae, *in donationem*  
*propter nuptias* Dominum in Bren promittit.

Denique etiam in conventione inter Albertum  
Imperatorem, et Philippum Pulcrum, Galliae Regem,  
inita anno 1299. mense Augusti e), vi cuius Philippi  
Soror Blanca, Alberti filio primogenito Rudolpho nuptu-  
ra est, leges, dotalitium, sc. comitatus Alsatiae, et  
terram de Fribourg Lauson Blancae ab Alberto constitutum,  
donationem propter nuptias nominari. Ita et dicitur in as-  
securatione foederis hujus, cum Rege Galliae initi, facta  
d. 8. Decembr. ejusdem anni f). In utroque non minus  
videimus: juramenta praestare oportuisse *Procuratorem*  
Blancae *pro ea sollemniter stipulantem*.

Jam eis temporibus in terris, ad mare Balticum sitis, in  
usu fuisse quodammodo jus Romanum, sunt, quae probant,  
diplomata. De anno 1290. exstat Diploma in Pomerania,  
in quo juris canonici, civilis et Vasallagii fit mentio g).

§. X.

e) LUNIGS Reichsarchiv T. VI.  
Part. Spec. Contin. I. p. 559.

f) LUNIG I. c. p. 6.

g) PHIL. BALTHAS. GERDE-  
SIUS de norma judicandi leges feu-  
dales in Germania p. 25.

## §. X.

Hoc Seculo in Diplomatibus leguntur ubivis renunciations exceptionum, quas jus civile praebet. Legimus in litteris venditionis, quam anno 1276. Duces Savorum et Episcopus Caminiensis faciunt, hanc insertam renunciationis formulam: "Renunciatur etiam exceptioni „non numeratae pecuniae, non solutae, deceptionum ultra dimidium justi pretii, beneficio minoris aetatis, dolis dantis contractui, vel qui incidit in contractum, et omni beneficio competenti de consuetudine, seu de jure canonico vel civili, per quod nostra venditio valeat infirmari a)." "

Omnis has renunciations exceptionum, quae alias contractum, non rite initum tollunt, ex jure Justinianeo esse desumptas, quilibet, qui, ut ita dicam, primis labris degustaverit jus illud aequissimum, sapientissimumque vide poterit.

Legimus in SCHANNATIO b) documentum Friderici Episcopi Wormatiensis, quo in favorem civium Wormatiensium renunciavit alimenda simpliciter, et quod nunquam pro ipsa alimenda dictis civibus vel aliis actionem mouebit

a) MART. RANGONIS Pomeran. Diplom. p. 265.

b) in Cod. Prob. Hist. Episcop. Wormat. p. 140.

vebit canonican vel civilem. Episcopum subinde intellexisse eas actiones ex jure Romano et Canonico, quae competunt, nemo dubitat. Bertholdus ejusque filii de Isserstete anno 1282. donationem Conventui in Capeldorf faciunt, renunciantes omni imputationi, actioni, deceptioni, fictioni, ac omni juris auxilio, Canonici vel Civilis c).

In litteris Reversalibus Comitis Saynensis Engelberti, in divisione fraterna a. 1294. conscriptis legimus renunciationis formulam, homini harum rerum studioso omni animi attentione legendam: "Renunciamus insuper, inquit, „exceptioni doli, metus caussa, et in factum, beneficio „restitutionis in integrum, non obstante quadraginta an- „norum, aut cuiuscunque temporis praescriptione, con- „stitutioni de duabus diaetis, et omni suffragio juris, le- „ngum, Canonum, consuetudinum, et statutorum auxi- „lio, omnibusque defensionibus, exceptionibus, appella- „tionibus, et earum persecutionibus, omnique actioni, „et querelae, quibus contra praemissa, vel aliquod praec- „missorum venire, facere, vel attentare possemus, vel in „aliquo adjuvari d)."

## §. XI.

e) MENCKENII Script. Rer.  
Germ. T. I. n. 41. p. 697.

d) GE. MELCH. DE LUDOLFF  
Introduct. Jur. Primogen. in Fasc.  
VIII. append. ex edit. III. p. 66.

## §. XI.

PROFERUNTUR PORRO EX SEC. XIV.

Majora incrementa capit Sec. XIV. juris Romani valor. Proferamus bona cum Lectorum venia aliquot hujus Seculi exempla, quum nobis, qui multis desunt, ad manus fuerunt, dum haec collegimus, ex egregia Bibliotheca Göttingensi, scriptores harum rerum locupletissimi.

*Sifridus Episcopus Hildesheimensis renuntiat a. 1308.*  
 prid. Non. Augusti juri quae sito in decimas ecclesiae Gandersheimensis his verbis: „*Sifridus D. G. Hildesemensis ecclesiae Episcopus - - - instructi fuimus sufficienter, quod dictum monasterium hujus modi decimas nec vi, nec clam, nec precario, sed bona fide, et justo titulo possedisset a tempore, cuius memoria non exstebat, et quod pre decessores nostri, et nos in recompensam decimarum pro servimine et censu quosdam reditus, qui vulgariter dicuntur FEGET LOSINGHE, percepimus, et quibusdam militaribus in feodo contulimus ab antiquo, unde diligentि deliberatione et tractatu prehabitatis de iuris debito, quod predicto monasterio ex possessione ac praescriptione diutina competebat, ex communi consensu nostri capituli renunciavimus, et renunciamus per presentes omni actioni, impetioni, repetitioni, nec non beneficio, tam canonici, quam civilis, quod nobis*



„ac successoribus nostris in repetitione decimarum hujus-  
„modi ad presens vel in futurum posset competere quoquo  
„modo a).”

Ex Henrici VII. Imperatoris diplomate, quo Bertholdum comitem ante Hennebergensem, Francofurti d. 8.  
Kal. Augusti anno 1310. ad dignitatem et honores principis imperii evehit, huc spectant verba omnino animadver-  
tenda: “conferimus eidem Bertholdo ac suis haeredibus  
„omnia jura principum, tam in ingressu, quam in egres-  
„su ad imperialem deliberationem, in sententiis conve-  
„niendis, dictandis, pronunciandis in jure civili et ple-  
„biscito, quod vulgo dicitur, Land-Recht b).

Gerdrudis, uxor Udalrici de Kobenstete militis d. X.  
Kal. Junii MCCXII. vendebat unam curiam Erfordiae pro  
36. denariorum Erfordenium, ipsi a marito nomine dota-  
litii assignatam, his verbis: “juravi ad Sancta Sanctorum  
„me nunquam velle repetere nec per me, nec per alium,  
„nec implorare beneficium Legis Vellejane, quae in favo-  
„rem mulierum est introducta c).”

In-

a) JOA. CHRIST. HARENBER-  
GII Histor. Eccles. Gandershe-  
mens. Diplomat. p. 798. Hannov.  
1734, fol.

b) MEIBOM. Script. Rer. Germ.  
T. III. p. 209.  
c) MENCKENII Script. Rer.  
Germ. T. I. p. 636. n. 7.

Incongrua, fateor, est legis Vellejanae, in mulierum  
fide jubentium favorem latae, venditioni accommodatio:  
verum ejus renunciatio, qualis sit, abunde, me judice,  
testatur de juris Romani usu.

Denique in privilegio, quod de omnibus bonis, et  
judicio sanguinis in villa Weyseze monasterio Petri et Pau-  
li Erford, tribuit prid. Id. Januar. 1316. Hermannus Co-  
mes de Gleichen, renunciat omni juris beneficio, legis et  
canonis, et generaliter omnibus ac singulis exceptionibus, seu  
defensionibus, quae praefatam appropriationem annihilare  
possent d).

In instrumento, quo confirmat venditionem manso-  
rum, ibi defitorum a Gunthero de Kongesse monasterio  
Vallis St. Georgii Cist. Ordin. factam legimus haec verba:  
*ipsa mater (sc. vendoris) juramento corporali praesito  
renuncians, eo, quod eadem bona propter nuptias pro dote  
deputata sibi fuerint, et donata, omni jure canonico et civili,  
beneficio restitutionis in integrum, exceptioni non numerate  
vel non solute pecunie, et generaliter omnibus, quibus  
contractus hujus modi posset in posterum aliqualiter vitiari e).*

Ex literis inseudationis, quibus Waldemarus II. Rex  
Da-

a) MENCKEN. I. c. T, I. pag.      e) *Idem* I. c. p. 546. n. 22.  
545, n. 20.

Daniae Ducatum Juttiae confert in Gerhardum, ex exceptionibus juris civilis et canonici patet, tunc temporis jam ibi in Dania fuisse juris Justinianei usum.

In donatione Capellae St. Nicolai prope leprotorium in Hallis, uti inscriptio dicit a. 1339. prid. Non. Septembr. conscripta vidimus haec verba: Volumus etiam nos datores supradicti in praemissis omnibus et singulis gaudere omni jure canonico vel civili, statutis editis vel edendis, consuetudinibus generalibus et specialibus privilegiis quibuslibet extra corpus vel corpore juris clausis, prout nobis ad observantiam et robur praedictorum omnium, et quorumlibet eorumdem quomodo libet suffragari f).

Constat, ambos Duces Saxo - Lauenburgicos, Albertum atque Ericum a. 1359. festo palmarum pro nonies millium septingentarum marcarum, et triginta septem marcarum cum dimidio, denariorum monetae Lubecensis sedecim aureos Lubecenses pro decem marcis denariorum computando oppidum Möllen Lubecensibus, adjecto pacto de retrovendendo, vendidisse, in cuius venditionis tabula renunciant exceptioni aureorum non solutorum, non habitorum, non receptorum, non numeratorum, et non ponderatorum, doli, et in factum actioni ac deceptioni ultra dimi-

f) MENCKEN, l. c. p. 429. n. 53.

midium, justi pretii, et omni alii juris auxilio, tam canonici, quam civilis. Et si plus valeat dictum oppidum Molne cum suis pertinentiis supradictis venditum dicto prelio, nos ea, quae dicitur, inter vivos donatione donavimus emitoribus praelibatis g).

Liceat mihi unum adhuc exemplum, patriam nostram proprie concernens, proferre ex litteris obligacionis, quibus Henricus et Godfridus fratres de Bülow ecclesiae Bützoviensi, ubi jam efflorescit Fridericiana Litteratorum Universitas, 1382. die Mariae Magdalena 30. marcarum Lubecensium dederunt, et quas reperimus in PFEFFINGERO h). Renunciantes expresse omni juris canonici et civilis auxilio et beneficio, editi vel edendi etc.

De Magdeburgo etiam constat, jus Romanum abbreviatum, Saxonica lingua conscriptum ad decidenda litigia adhibitum fuisse.

Magistratus urbis, inquit AENEAS SYLVIUS i), dum de Magdeburgo facit verba: *jus civile Romanum abbreviatum, et Saxoniae linguae conscriptum non sine reverentia custodit: quod Caroli M. auctoritate firmatum tradunt,*

g) LUNIGII Reichsarchiv Part. h) in hist. Brunsuico - Lüneb.  
Spec. Cont. II. Abth. IV. Absatz T. II. p. 276.  
XI. Sachsenlauenburg p. 342. seqq. i) cap. 24. Descriptionis Europ.

D

dunt, eoque in decisione causarum circumvicinae gentes re-currunt. Magna et venerabilis earum legum auctoritas habetur.

Haec sunt documenta, quae prae aliis digna, ut pro-ducerentur, judicavimus. Magnam renunciationum juris Romani et Canonici sec. XIII. et XIV. obvenientium in diplo-matibus molem quam jam viri apprime docti college-rint k), Lectorum, earum legendarum cupidum eo de-legamus.

Haec omnia jus Romanum receptum esse, probare statuit SENCKENBERGIUS l), auxilium juris Canonici et Civilis saepe denotare in diplomatibus judicia ecclesia-stica et secularia.

Non me poeniteret ejusdem opinionis esse: sed innu-merae sunt aliarum renunciationum formulae, quae ju-ris Justinianei usum aperte produnt, neque sunt, uti Ex-cell. SENCKENBERGIUS putat, a Notario incrustatae. Quis enim quaeso concederet, inseri instrumento, res si-bi plane incognitas. Concedo GEBAUERO m), quo du-ce nos elegantiora jurisprudentiae hausimus, quod in charta

k) STRUV. in Hist. jur. p. 351. dum jurisprud. de recept. juris Cel. STRUBEN Nebenstunden T. Romani §. 421.

VI. p. 15. seqq.

l) In append. III. ad metho-

m) in vita Imperatoris Richar-

di p. 443.

charta Ludovici IV. pro Hennebergiis, *jus civile et plebis-  
citum*, illud statuta (Stadtrecht) hoc Landrecht, gehegtes  
Recht, significare. Concedo id lubenter, sed vel sexcen-  
ta documenta restant, quae juris Romani usum jam tunc  
temporis probant. Veniam, eximie Senckenbergi, peto,  
si Tibi ante tempora Rudolph' I. in caussis civilibus juris  
Romani nihil apud nos fuisse, statuenti, non assentiam.

### §. XII.

#### ACCRESCEIT VALOR JURIS ROMANI, ACADEMIIS INSTITUTIS.

In legibus Imperii tam publicis quam privatis ubique  
jus Romanum insertum leges. Tit. XXIV. Aureae Bullae  
a Carolo IV. a. 1356. conditae, ex l. 5. seqq. C. ad L. Ma-  
jestat. est de promtus. Juris Romani rationem, fateor,  
heic male applicatam esse ad statum nostrum, quum vero hoc  
loco, de eo quod vere factum est, quaestio sit, mittimus de  
eo, quod melius fieri potuisset, quaestionem. Speculum  
Saxonicum et Suevicum si evolveris, videbis, integros  
Sphos, integra capita ex jure Romano desumpta esse a).  
Juris Romani plena sunt statuta, circa hoc et sequentia  
secula condita.

Majora sumit incrementa, academiis in Germania  
constitutis, ipsisque privilegio jura docendi instructis;  
auge-

a) STRUV. l. c. p. 489.



augetur valor Sec. XV. Doctoris honoribus et dignitatibus  
ornandi, jure, academiis concessso adeo, ut Sigismundus  
Imperator in Concilio Constant. 1416. b) largiretur Do-  
ctoribus Licentiatisque Summa privilegia.



## SECTIO II.

DE

### NON FACTA JURIS ROMANI RECEPTIONE.

#### §. XIII.

AN RECEPTUM SIT?

**D**e juris Justinianei receptione in Germania qui scripse-  
runt, Doctorum numerus ingens est, de periodo  
justae receptionis autem toto inter se coelo differunt.  
Nescio, unde hic tantus de re dissensus juris peritorum,  
non omnia, quae legunt considerare adsuetorum oriatur.  
Quod si enim constaret de ipsa hujus juris receptione, non-  
ne quoque de tempore quo facta sit constare deberet? Juris  
Justinianei usum, jam Carolingicorum tempore obtinui-  
se statuit **LIMNAEUS** a).

Si

b) Concil. Constant. cap. VII. a) ad Capitul. Caroli V. pag.  
§. 4. in GOLDASTI Reichssatzung 135.  
T. II, p. 93. seqq.

Si Limnaeus de Capitularibus ad Italos directis loquitur, me habet omnino consentientein; Sin vero de Capitularibus ad Germanos directis, caute heic procedendum est.

Valuit jus Romanum neque Justinianeum, sed Theodosianum; prius ignorant omnia historiae monumenta, probant posterius, probant leges expressae, quae confirmarunt codicem Theodosianum. Confundit igitur Limnaeus Italianam cum Germania, contrarium, uti §. XI. ostendimus, edicti sumus a NICOLAO HERTIO b).

#### §. XIV.

AN A LOTHARIO II.?


Lothario II. alii, juris nostri receptionem, uti in scholas, ita et in fora tribuunt, iidem, quos jam §. V. citavimus scriptores, iisque argumentis usi.

Unicum illud argumentum, quo nituntur, hoc loco exemplinandum venit. Provocant ad edictum quoddam publicum, quo Lotharium, dicunt, confirmasse jus Romanum, sublevantes hanc suam opinionem ex loco quodam Responsi Doctorum Bononiensium, ubi mentionem faciunt legis cuiusdam conditae per Lotharium. Verum hoc tale figmentum est, quale illud de reductione in scholas.

Non

b) de Consultat. legib. et judic. §. XI.

D 3



Non produxerunt Doctores Bononienses hanc Lotharii constitutionem, qui alias tam tumide ampullas, et sesquipedalia verba projiciunt.

“Omnia patriae monumenta, inquiunt, curiose per-  
„lustravimus, omnia veterum juris interpretum scripta ac  
„edita Odofredi vel maxime qui praeceptores Irnerio co-  
„aevos audivit, assidue obvolvimus; solum tandem anna-  
„lium Italicorum ac patriae vomere laboris invertimus.”

Sed si exstet Lotharii constitutio, cur illam quæso non produxerunt hi homines, qui laboris vomere, agriculturarum instar, annalium solum perverterunt.

In Calendario, cunctas constitutiones recensente, nihil de constitutione Lotharii, qua jus civile in imperio vim legis habere sanxerit, neque ipsi Bononienses quidquam, consulti a NIHUSIO, hac de re reperire potuerunt a). Ego illam in Dodechino, Helmoldo, Alberto Stadensi, et Ottone Frisingensi, qui Lothario coaetanei, dum geminam Lotharii expeditionem in Italiam enarrarunt, non neglecturi eam fuissent, frustra quaesivi, neque ego illam vidi in Sagonio, qui alias multa de Lothario II. praedicat. Recentiores, *Baronius*, *Caspianus*, et *Jo-  
annes*

a) CONRING. l. c. p. 381.

annes Sleidanus, ad quos provocari solet, nihil momenti afferunt. Fides autem omnis historica vacillat, nisi suffulta documentis.

Putidum igitur commentum est, Lotharium ceteris legibus abrogatis, jus civile recepisse. Ante Lotharium frequentissimus juris Romani fuit usus, atque secundum illud in foris pronunciatum b), durarunt post eum legum electiones c). Deinde et statuta Sec. XIII. publicata, juri civili praeferabantur d).

Lex porro in Lothario expressa est, qua, legem Romanam, nec Longobardicis nec moribus praevalere dicitur e). In subsidium itaque adhibebatur velut jus Commune, ad quod neque Lotharii expressa, neque tacita receptione opus erat. Fabula de ff. in Arnolphi libro repertis, quae forte ab omni aevo Pisis fuere. Ecquid haec ad constitutionem Lotharii faciunt?

Ex hac tenus dictis elucet, falsa omnia, et documentorum fide destituta esse, quae narrantur de jure, per constitutionem Lotharii in scholas et fora introducto.

### Scripto-

- |                              |  |
|------------------------------|--|
| b) SENCKENBERG l. c. append. | d) <i>Idem</i> l. c. p. 282. et 284.<br>III. §. 20. et 21. seqq. |
| c) MURATOR, T. II. Antiqu.   | e) a Feud. L<br>Italic. p. 117.                                  |

Scriptoribus in §. VI. adductis adjungas, si libet, ADAMUM RUPERTUM f), et HENRICUM LYNCKIUM g).

§. XV.

NON FRIDERICO I. ADSCRIBI POTEST.

Sunt, qui Imperatori Friderico I. receptionem hujus juris tribuunt, ex eo, quod in comitiis Roncaliensibus jura Romana professus fuerit, et quod auth. *Habita C. ne filius pro patre*, in studiosorum favorem Codici inseri jusserrit. Probant hi loci, quod auxerit, promoveritque juris Romani auctoritatem. Ratio in promptu est, quo collapsam in Italia pristinam imperatoriam dignitatem restitueret, quippe quam Doctores extollere, propugnareque studabant. Non probant vero, receptum esse a Friderico jus Romanum. Neque recipere illud, abrogareque suas Italies leges potuisset, si voluisse, Fridericus. Pacta publica non sinebant a), omnes cuique civitati semel electas leges, consuetudinesque salvas fore promisit b); eaeque omnes juri civili praeferebantur. Haud vero dubium est, robur ex favore Imperatoris sumisse jus Romanum. Neque

f) ad BESOLDI Synops. p. 561. Radovic. I. II. cap. 3.

g) de jur. Justinian. auctorit. diff. I.

a) Vid. oratio Friderici apud

b) MURATORIUS Antiquit. Ital. T. IV. de foederibus civitat. p. 291. seqq.

que in alium sensum accipi potest effatum Imperatoris c):  
 „Nostis, quod jura civilia nostris beneficiis in summum  
 „provecta, firmata, ac moribus utentium approbata, satis  
 „habeant roboris.”

### §. XVI.

RECENSENTUR IN HOC, ET SEQUENTIBUS SPHERIS ALII  
 SCRIPTORES.

Seculum XIV. receptionis juris Romani periodum ponunt JOA. FRIDER. RHETIUS d), et qui eum hac in re secutus est JACOB. CAROL. SPENERUS e), adeo, ut eo tempore in Academiis recens fundatis magno cum ardore doceri cooperit, in simul in foro fuerit receptum.

### §. XVII.

Seculum XV. esse, quocum Camerae judicio imperiali receptum sit, statuunt CONRING a), et qui eum securi sunt, SAMUEL DE PUFFENDORF b), qui verbotenus illum exscripsit, ut ne quidem dicta Conringii examinare visus

e) RADEVICUS in vita ejus cap. 10. § 9. lit. c.  
 l. II. cap. 5.

d) in meditat. ad Institut. Jur. Diff. I. §. 17. §. 12. a) 1. c. cap. 32. et 33. p. 205. seqq.

e) in Jur. Publ. Part. III. L. II. b) de statu imperii Germanici cap. V. §. 13.

visus sit. CHRISTIANUS THOMASIUS <sup>c)</sup>, qui, dum loco infra citat. §. 163. academias Sec. XIV. fundatas enarrat, simul cum earum fundatione jus Romanum in Germaniae fora esse introductum, ejusque receptionem peractam concedat necesse est. Ita Thomasum cum Thomasio conciliavit RICCIUS <sup>d)</sup>. Thomasii vero auditor, deinde Professor Vitembergenis, GEORG. BEYERUS, veluti in Magistri verba jurans, idem statuit <sup>e)</sup>. KULPISIUS, sive CONRADUS SINCERUS <sup>f)</sup> putat, in eo peritiores omnes convenire, forensem Justinianei juris usum publicum sec. XV. in Germaniam invectum esse, temporibusque, constitutam Cameram Imperialem, proxime antecedentibus, non alium juris Romani usum fuisse, quam privatum, subsidiarium, instrumentalem, partiarium. Non miror, Kulpisium, si ita, post habitis priorum Seculorum diplomaticis, ratiocinetur, et concludere potuisse sub voce *juris communis* (*der gemeinen Rechte*) cuius in imperii legibus saepe fit mentio, sola jura saxonica subintelligi, et suevica et provincialia. Non omnes peritiores, bone Kulpisi, hac in re tecum convenientiunt. Constat enim, sub  
jure

<sup>c)</sup> in Del. hist. jur. §. 169. et in Not. ad Singul. I. et ff. titulos I. I. tit. 2. p. II.

<sup>d)</sup> l. c. §. 6.

<sup>e)</sup> in Del. ff. tit. de O. I. §. 376, seqq.

<sup>f)</sup> in diff. epift. de Germanicarum leg. veterum ac Romani juris in Republ. nostra origine et auctoritate adnexa THOMASII not. ad ff. et I. tit. §. 77. pag. 83. et 84.

jure communi (gemeinem Rechte) subintelligi jus Romanum, quippe quod ex eo liquet, quod primum juri patrio et consuetudinario opponantur, secundo communia et scripta jura Caesarea jungantur *g*), tum seculo ante constitutam Cameram imperialem tertio jam celebrari jus Romanum; neque ego capio, quid sibi velit *usus instrumentalis, partarius*. GOTTL. GERH. TITIUS *b*), CASP. THEODOS. SUMMERMANNUS *i*) provocantes ad Conringium cum scholis seculo XV. inventum esse; SAMUEL LUCIUS *k*) sec. XV. sine omni distinctione ponit, cui vero studio contradixit liber Baro BACHOW ab ECHT *l*).

Miror acutissimum BRUNNQUELLUM, quum in hist. sua P. 3. M. 2. cap. 10. §. 22. jam ante conditam cameram imperialem juris Romani partialem usum et instrumentalem fuisse dixisset, l.c. §. 23. Maximiliano ejus receptionem adscripsisse, quippe qui assessores hujus supremi imperii judiciorum

*g*) DATTIUS de pace publica I. IV. cap. I. n. 117. ERNEST. JOACH. DE WESTPHAL Diss. de juris Rom. indole et obligandi diversa ratione ac dignitat. in foro Germ. C. II. §. 5.

*h*) in jure privat. Rom. Germ. lib. I. cap. 5. §. 21.

*i*) in Prol. ss. lib. I. tit. 4. §. 68. pag. 125.

*k*) in animadvers. succinct.

*l*) in exercitat. de justitia praescriptionis circa bona sub pacto de retrovendendo alienata in controversia illustri inter Duces Saxoniae, et Albertum Fulensem de Lichtenbergeusi et Salzburgensi agitata.

E a

dicii jurium peritos promotosque, judicem et Assessores secundum jus Romanum judicare voluit.

### §. XVIII.

#### RATIONES, PRAESERTIM CONRINGII ET PUFFENDORFFII EXAMINANTUR.

Veniam peto, si rationes, quibus opinionem superstruxerunt Juris Consulti, quos ob insignem eruditionem ea, quae tantis nominibus debetur, reverentia examinemus, non arrogantia, aut dissentendi pruritu, aut invidia, ut de tantorum Virorum laude aliquid detrahamus, sed solo veri amore ducti.

Ad CONRINGIUM quod attinet, miror, Virum illum vastissimae lectionis, eruditionis, ac acutissimi ingenii, tanti momenti rem tam leviter tractasse, neque priorum seculorum monumenta digna, quae evolveret, inspiceret, perlustraret, judicasse. Contendit provocando ad LEHMANNUM a) ante annum Seculi XV. nonagesimum quintum nullo comitiorum decreto jus illud receptum esse. Lehmanni errorem refellit, et ipse in alium, a Maximiliano jus Romanum receptum esse, incidit. Ubi LEHMANNUS vidit decretum illud, quo sub constitutione judicij cameralis abrogatae sunt leges, consuetudines-

a) l. c.

que

que nostrae. Fieri potuit, ut in archivō Spirensi formulam judici et assessoribus Cameralibus 1495. praescriptam viderit b). Num inde fluit juris Romani receptio? Ubi Lehmanno haeret aureum illud diploma, quo receptum est jus Romanum. Nullibi exstat monumentum, nullibi constitutio, quae probare posset receptionem LEHMANNUS aut CONRINGIUS a Maximiliano factam. At exempla, quae ex jure Romano decisa esse dicuntur, proculis CONRINGIUS c). Haec exempla et ego legi, neque probant juris Romani receptionem, sed, cum accuratius ea perpenderem, consentio DATTIO d), ea non ad iura Romana pertinere, sed ad caussas imperii feudales, quae ex jure feudali, Germanis proprio per dominum feudi ac pares curiae; nach deutschen Rechtens Gewohnheit; terminabantur.

At vero Maximilianus, inquit, judicem et assessores Camerae secundum jus Romanum judicare jussit. Jussit, concedo, ita vero sanxit, ut productae leges provinciales aut probatae consuetudines praeferantur, his autem deficientibus secundum illud judicarent. Quis inde eruet receptionem? Longe aliter sensisse Maximilianum demonstrabimus §. XXVIII.

Jus,

b) DATTIUS ita conjicit de pace publ. I. IV. cap. I. m. 3.

c) l. c. cap. 83.

d) l. c. I. IV. cap. I. n. 125.



Jus, quod vi sua obligaret, recipere non necesse fuit. Sin vero receptum fuisset, non aliter, ac cum unanimi statuum imperii consensu recipi potuisse, de quo constare deberet monumentum. Nunquam illud factum est, nusquam igitur documentum extare potest.

### §. XIX.

Videamus, an cum Scholis, uti CONRINGIUS putat, Seculo XV. jus Romanum introductum fuerit. CONRINGIUM jam RHETIUS l. c. refutavit, ipse vero errat, secumque in errorem inducit SPENERUM.

Seculo XIV. Litteratorum Universitates, Viennenfis sc., Erfordensis, Heidelbergensis a) sunt institutae, eorumque professoribus data, jura Romana docendi, privilegia. Quod factum, fateor, scioque; sed quis inde, quaeso, nisi, qui coeco assensu omnia a Doctoribus dicta, uti Beyerus, ruminatur, primum juris nostri valorem deducet. Probatur inde, tunc primum privilegia jura Romana docendi data esse, idque tunc temporis primum in academiis nostris doceri coepisse.

Antea enim deceri non potuit, neque dari privilegia potuerunt, quippe academiis nondum institutis.

Ex

a) BRUNQUELL, l. c. P. 3. m. 2. cap. 10, §. 20. ibique citati Scriptores.

Ex §pho VIII. tractationis nostrae ad oculum cuiilibet, qui historiae, diplomatumque fidem agnoscit, patebit, jam Seculo academiarum fundationem antecedente adhibitum fuisse jus Romanum. Hic sibi persuadet, jam Seculo XII. in usu fuisse. Seculis anterioribus quin jam documenta possint reperiri, quibus probetur juris Romani valor, nullus ego dubito. Sola haec narratio satis convincet erroris non levis Doctores, qui statuunt aliter.

### §. XX.

NEQUE IMMIXTIO JURIS ROMANI IN LEGES PATRIAS RECEPTIONEM PROBAT.

Aliud, quo probari posse contendunt juris Romani receptionem, restat argumentum: est hoc immixtio juris Romani in leges patrias, circa secula XIII. et XIV. conditas <sup>a)</sup>. Sed quis inde unquam pro receptione argumentum sumere auserit? Jus Romanum commune est, atque ex eo, leges particulares, si quid mancae sunt, supplendae.

Urbi enim si conduntur statuta, neque priora sufficiunt, ex jure provinciali desumi adsolent supplementa. Quis inde quaeso argumentatus fuerit, in urbe esse receptum jus provinciale?

### §. XXI.

<sup>a)</sup> BRUNNQUELL, l. c. P. 3. m. 2. cap. 10. §. 16,



## §. XXI.

## NON PROBATUR EX USU PARTICULARI.

Sunt, qui ex usu ejus Seculis anterioribus particulari probare volunt receptionem. Verum enimvero si jus Romanum commune est, si pro tali ab Imperatoribus habetur, quod legibus provincialibus deficientibus adhibendum sit, recurrendum omnino est ad jus universale, commune scilicet. Inde vero non liquet receptio: Fingas, in urbe quadam non sufficere liti obviae dirimendae statutum, decidenda lis est ex jure illo, quod in ea provincia, in qua sita est urbs, obtinet, fingas, hoc jus provinciale etiam filere, recurrendum est ad jus illud, quod per universum obtinet, et quod omnibus provinciis est commune.

Nemo inde ratiocinabitur, jus hocce territorii cuiusdam universale, in ea provincia, in illa urbe esse receptum.

## §. XXII.

## NON FACTA EST TACITA RECEPTIO.

Tacitam factam esse receptionem, alii putant a). Lex, tacito Principis consensu dicitur introducta. Sub voce *Legis* vero heic intelligitur consuetudo. Nihil hoc  
ad

a) SPENER. in Jur. Publ. L. I. cap. XII. §. 7. p. 379. lit. a.

ad receptionem juris nostri, quamque parvi momenti id sit argumenti adferre, ex sequentibus elucescat clarius.

### §. XXIII.

#### NON EXSTANT DOCUMENTA:

Nullibi constat de receptione; non exstat documentum, quo probari possit, neque unquam existit. Monstres illud, et eris mihi magnus Apollo. Receptum prorsus dici nequit.

### §. XXIV.

Non praeterire heic possumus alium eorum, qui statuunt, errorem, imperium Romanum ad Germanos esse translatum, et cum imperio ipso jus Romanum.

Primus hujus erroris autor fuit PETRUS AB ANDLO,<sup>a)</sup>, qui seculo XIV. vixit, quem inequitur ARTHURUS DUCK <sup>b)</sup>. Quantum absoni huic insit, docuit ERNESTUS JOACH. DE WESTPHAL <sup>c)</sup>, ad quem ob solidum, quod ei inest, scribendi genus lectorem ablegamus.

Neque igitur receptum, neque translatum, sed ab Imperatoribus pro domestico habitum est. Ad haec nunc veniemus.

#### Sectio

<sup>a)</sup> de imperio Romano L. I. cap. 13.

<sup>b)</sup> l. c. lib. 2. cap. 2. §. 4.

<sup>c)</sup> in Diff. Rostochiensi de juris Romani indole, et obligandi diversa ratione ac dignitate cap. I. §. 10.

#### F



### SECTIO III.

JUS ROMANUM SEMPER INSTAR DOME-  
STICI HABITUM ESSE, ATQUE  
VALUISSE.

---

#### §. XXV.

EX ANTECEDENTIBUS FLUIT, QUOD SIT  
DOMESTICUM.

**Q**um itaque jus Romanum receptum non sit, quippe cum de cuius receptionis actu non constet, neque unquam documentum, quo illa probari possit, extiterit, et proferri potuerit, neque unquam poterit, neque tacitam receptionem fieri potuisse; jam inde mihi fluere videatur, instar domestici valere debere.

#### §. XXVI.

QUOD IMPERATORES NOSTRI ROMAN. ET GERMANIC.  
IMPERIUM PRO UNO STATUS CORPORE  
HABUERINT.

Imperatoris nostri imperium Romanum, Germanicumque pro unico status corpore habuerunt, adeo, ut Fridericus I. Imperator, se urbis et orbis gubernacula tenere

nere glorietur a). Hinc factum est, quod se Justiniano in imperio successisse, crediderint, Justinianumque *Antecessorem suum* vocarint. Quum ita sibi persuasissent: non aliter sancire poterant, ac ut leges antecessorum sacrae manerent. Antecessoris, nempe Justiniani jus pro universalis habebant, quod omnes omnino hujus magni status corporis partes obligaret, ita tamen, ut non abrogarentur leges cujusque provinciae particulares seu scriptae, seu non scriptae. Illae primo inspici debebant, atque probari, deficientibus vero iis, jus universale domesticum, iam ab antecessoribus promulgatum exstabat, ad quod, tanquam omnibus provinciis commune recurrendum erat.

### §. XXVII.

#### DE HENRICO III.

Ita statuebat Imperator Henricus III. in lege generali, Italiam Turegi promulgata, ubi ad codicem Divi Justiniani provocans, *sacras leges praedecessorum suorum* appellat b).

### §. XXVIII.

a) OTTO FRISINGENS. in vita ejus cap. 30.  
b) in legibus Longob. penes MURATOR. T. I. Scriptor. Italic. P. III. p. 178. seqq.

F 2

## §. XXVIII.

## DE LUDOVICO IV.

Ludovicus IV. Imperator in judicio curiae suaे se jucicaturum recepit, nach Künig und Kaysern seiner Vorfaren Geschen, und ire geschrieben Rechten: sed mit Behältnizze sei-ner, und anderer Kurfürsten Recht, Freyheit, und Guter Ge-wohnheit a).

## §. XXIX.

## DE CAROLO IV.

Carolus IV. anno 1360. vocat jus commune, Unser Kayseriche Recht und Gesetze b). Loquitur nempe de eo, ut reconventioni sit locus, et coram judge competente exponantur quaelibet actiones. Ille deinde denuo Kaysericlich und Küniglich beschrieben Recht allegat c).

## §. XXX.

## DE MAXIMILIANO I.

Maximilianus I. in constitutione, quam de Blasphe-mantibus Wormatiae erexit anno 1495. (Satzung von Gottes Lästerern) ita loquitur:

Demnach zu mehrerer Nachfolge und Ehr Gottes, und der Menschen Heyl, weyland Kaysar Justinianus Unser Vorfahrt am

a) Recess. Imp. in edit. Nov. P. I. p. 45. b) GLAFÉY in Aneidotis.  
c) GLAFÉY l. c. p. 352.

am Reich, loblicher Gedächtnis, männlich zu halten, ernstlich vermahnet, und strenglich geboten hat, alle lästerliche Wort, und Schweren bey dem Namen Gottes, und seinen H. Gliedern zu vermeiden, et tunc pergit: in der Reichs Ugnade und Strafe gefallen seyn sollen, wie denn solches des jetzt gemeldten unsers Vorfahrn Satzung klarlich ausweiset, huic tandem addit: Und aber derselben Gebot Gottes, wie des ehgenannten Unsers Vorfahrn Satzung, Ermahnung, Gebot und Poen, jetzt leider in Vergessenheit und Verachtung von vielen Menschen überfahren worden a).

Carolum Magnum deinde in Reformatione, Scabino Judiciaque Westphalica concernentia, de anno 1495. antecessorem suum vocat b).

### §. XXXI.

Quum itaque Imperatores nostri jus Romanum, ut ab antecessoribus, quos vocabant, profectum, uti suum considerarent, atque ut suum valere juris communis in vicem sancirent c), ratione valoris non pro peregrino, licet originetenus tale sit, non pro recepto, sed pro jure domestico habendum est.

### §. XXXII.

a) cf. Sammlung der Reichsschäf-  
fiede p. 54.

b) Ibidem p. 56.  
c) SENCHENB. l. c. app. 3. §. 48.



## §. XXXII.

Juxta mentem legislatorum omnia, quae in legibus veniunt, sunt explicanda. Imperatores legislatores vero Justinianum ut Antecessorem suum considerarunt, antecessorum jus valere debere, ut suum, putarunt, et sanxerunt, hinc jus nostrum juris communis domestici in vicem valuit, hodieque valet.



## ERRATA.

pag. 2. lin. 1. pro atque l. ac.

- 3. - 11. - in initio habuit l. ab initio habuerit.
  - 8. - 18. - ne l. nisi.
  - 12. - 2. - invaluit l. invaluerit.
  - 13. - 15. - prius l. primo.
  - 13. - 16. - posterius l. postea.
  - 14. - 18. - peritus l. praeditus.
  - 14. - 21. - ejus l. suarum.
-







Kb 5636

ULB Halle  
004 917 545

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



20  
CAROLI LEOPOLDI ERDTMANNI

I. V. D.

NOBILITATIS CIRCULI CRIVIZIENSIS SECRETARII,  
ET INSTITUTI HISTORICI GOETTINGENSIS  
SODALIS

D I S Q U I S I T I O ,  
AN, JUS ROMANUM IN GERMANIA  
RECEPTUM ESSE CONTENDI  
POSSIT?

J. 29.

He  
5636



GOETTINGAE,  
EX OFFICINA BARMEIERIANA 1770.

KENFRIED  
UNIVERS.  
ZV HALLE

